

mūdi. Qui mortē noſtrā mo

riendo deſtruxit et vitā reſur

gendo reparauit. Et ideo

Communi/ Infra canō.
cantes et diem ſacratiſſi
mum celebrātes reſurrectio
nis domini noſtri ieſu chriſti
ſcd'm carnem. Sed et memo/
riam venerantes. In primis
glorioſe ſempqꝫ virginis ma
rie genitricis eiuſdem dei: et
domini noſtri ieſu chriſti: ſed
et beatoꝝ apl'oꝝ. Infra can̄.

Hanc igitur oblationem
ſeruitutis noſtre: ſed et
cuncte familie tue quam tibi
offerim⁹ pro his quoqꝫ quos
regenerare dignatus es ex aq̄
et ſpiritu ſācto tribuens eis re
miſſionem omniū peccatoꝝ:
q̄ſumus domine ut placatus
accipias: dieſqꝫ noſtros. ⁊c̄.

¶ Sequens prefatio cum ſuo cantu dicitur in die aſcenſio/nis domini: et deinceps vſqꝫ ad vigiliam penthecoſtes.



Per chriſtum dominuz



noſtrum. Qui poſt reſurrecti



onem ſuam omnibus diſci/



pulis ſuis manifeſtus appa/

ruit: et ipſis cernentibus eſt



eleuatus in celum. ut nos